F orum coquinum qui uocant ſtulte uocant
Nam non coquinum eſt uerum furinū ē forum
N am ſi ego iuratuſ peiorem hominem quererem
C oquum non potui q̄ hunc quem duco ducere
M ultiloquum glorioſum inſulſum inutilem
Q uin ob eam rem orcuſ recipere hunc ad ſe noluit
V t eſſet hic qui mortuis cenam coquat
N am hic ſolus illis coquere quod placeat pōt
S i me arbitrabere iſto pacto ut predicas
C ur conducebas . bal inopia alius non erat
S ed cur ſedebaſ in foro ſi eraſ coquuſ.
T u ſolus poſt alios : Co ego dico tibi
H ominum auaritia ego ſum factus improbior coquus.
N on meopte ingenio . bal qua iſtuc rōe . Co eloquar
Q uia enim cum extemplo ueniunt conductum coquum
N e illum querit qui optimus & cariſſimus eſt
I llum conducunt potius qui uiliſſimus ē
H oc ego fui hodie ſolus obſeſſor fori
I lli dragmaſ iſſent miſeri me nemo pōt
M inoriſ quiſq̄ nūmo ut ſurgam ſubigere
N on ego item cenam condio ut alij coci
Q ui mihi condita prata in patinis proferunt
B oueſ q conuiuas faciunt herbasq; oggerunt
E aſ herbas herbis alijſ porro condiunt
I ndunt coriandrum feniculum alium atrum olus
A pponunt . rumicem braſſicam betam blitam
E olas arpici libram pondo diluunt
T eritur ſinapis celera cum illis qui terunt
P riuſq̄ triuerunt oculi ut extillent facit
E i homineſ cenas ſibi coquunt cū condiunt
N on condimentis condiunt ſ; ſtrigib;
V iuiſ conuiuis inteſtinaq; exedunt
H oc hic quidem homineſ tam breuem uitam colunt
C um haſce herbas huiuſmodi in ſuum aluum congerunt
F ormiduloſas dictu non eſu mō
Q uaſ herbas pecudes non edunt homineſ edunt

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 179v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/179v)